

ubi præserebit regi, quid facere debeat. Illud præcipiè, de quo v. 18: *Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomio legis hujus, in volumine accipiens exemplar à sacerdotibus Leviticæ tribus. Et habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, et custodire verba et cæremonias ejus, etc.* Hæc exigit à rege Dominus, quæ si studiosè servaverit, illi Deus, et ipsius posteris regnum promittit: *Ut longo, inquit, tempore regnet ipse, et filii ejus super Israel.*

Pepigit item fœdus inter Deum et populum, quod nihil aliud fuit quàm iteratio renovatioque fœderis quondam in initio cum populo. De quo Exod. c. 19, v. 5, ubi Deus aliquid promittit, et aliquid etiam exigit à populo: *Si audieritis vocem meam, et custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis (mea est enim omnis terra) et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, et gens sancta.* Cùmque hæc Domini verba Moyses retulisset ad populum, respondit omnis populus simul: *Cuncta quæ locutus est Dominus faciemus.* De fœdere inter regem et populum nihil habemus in Scripturâ, quod ego meminim. Pactum autem esse inter rempublicam et principem, nemo nescit. Recipit enim in se princeps, regni, legum æquitatisque tutelam, futurum se patriæ, religionisque custodem et vindicem promittit. Populus contra regi observantiam et fidem, tum deinde sumptus et ad regiam majestatem conservandam, et ad illa honestè, et utiliter administranda, quæ ad communes usus et dignitatem pertinent. Tale pactum pepigerunt cum Davide seniores Israel, quando illum præposuerunt regno, lib. 2 Regum c. 5, v. 5: *Venerunt quoque seniores Israel ad regem in Hebron, et percussit cum eis rex David fœdus coram Domino; vide quæ nos ad illum locum.*

VERS. 18. — INGRESSUSQUE EST OMNIS POPULUS TERRÆ TEMPLUM BAAL. Quo tempore regnavit Athalia, quæ, ut Jezebelis filia ex genere Sidonia, faciliè persuasit viro suo Joram ut Sidoniorum deum Baal, et nobili templo, et divinis honoribus prosequeretur. Quod detractis templi Salomonis spoliis, exornavit, ut constat lib. 2 Paral. c. 24, v. 7. Et licet dum illa duo monstra viverent, subjectus populus mutire non auderet, tamen postquam sublata est Athalia et tota fermè potestas ad Joiadum venit, qui pro Joas adhuc puerulo rem moderabatur Israeliticam, ille idem populus in templum Baalib Athaliæ constructum irrumpens,

aras everit, simulacrum comminuit, et sacerdotem nefariæ religioni ab Athaliâ præpositum interemit. Hoc porrò fecit populus, ut pactum præstaret, quo se Deo nuper obligarat. Populus terræ, juxta Hebræorum idioma, plebeiam significat multitudinem; sic sanè Jeremias c. 44: *Reges vestri, et principes vestri, et populus terræ.* Et idem c. 52: *Et septem viros de his, qui videbant faciem regis, etc., et sexaginta viros de populo terræ.*

ET POSUIT SACERDOS CUSTODIAS IN DOMO DOMINI. Eo tempore quo dominata est Athalia, cùm Sidoniam religionem coleret, et ad illam mariti quoque studium allexisset, frigebat Hebræorum religio, et multa jacebant, quæ melioribus seculis egregiè viguerant; quàm impiè templi splendorem obscurârît Athalia, habes lib. 2 Paral. c. 24, v. 7. Inter alia aut sublata erant, aut imminutæ custodiæ, quæ excubias agebant pro templo; illas resituit Joiada, aut quia id ad templi dignitatem pertinebat, aut quia cùm templum Baalis esset tunc violatum, et ignominiosè illius sublata religio, timere potuit meritò sacerdos summus, ne qui agrè tulissent Baali nuper irrogatam injuriam, aliquid auderent in templum Domini, et illius sive ruinæ sive ignominia dolorem suum ex Baalis violatione conceptum solarentur. Cui incommode ut maturè caveret, custodum excubias in templo disposuit.

VERS. 19. — TULIQUE CENTURIONES, ET CERETHI, ET PHELETHI. Quinam sint Cerethi et Phelethi, explicuimus lib. 2, c. 8. Iliverò fuere viri fortes, et qui apud Latinos dicuntur prætoriani milites, quibus credita est regii aut imperatorii corporis custodia, quibus communis sacerdos regium puerum ex templo in palatium traduxit, ut in regio sederet throno, et suam sibi faventî et gratulanti populo majestatem ostenderet.

ET VENERUNT PER VIAM PORTÆ SCUTARIORUM. Cùm regia domus multas haberet portas, ut in domibus amplis necesse est, ad aliquam illarum armamentarium erat, in quo quæ servabantur, quæ ante reges de more gestabant, aut prætoriani milites, aut alii, qui dignitatis tantum gratiâ regem præcedebant. Quæ aurea primùm exendit Salomon, deinde Roboam ex ære conflavit. De quibus lib. 5 Reg. c. 14, v. 26, ubi cùm alia multa Roboam dedisse diceretur Sesac regi Ægypti, additur: *Scuta quoque aurea quæ fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam scuta ærea, et tradidit ea in manum ducum scutariorum, et eorum qui excu-*

babant ad ostium domûs regis. Cùmque ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea, qui præcedendi habebant officium, et postea reportabant ad armamentarium scutariorum. Per portam.

CAPUT XII.

1. Anno septimo Jehu regnavit Joas, et quadraginta annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Sebia, de Bersabæe.

2. Fecitque Joas rectum coram Domino cunctis diebus quibus docuit eum Joiada sacerdos;

3. Verumtamen excelsa non abstulit, adhuc enim populus immolabat et adolebat in excelsa incensum.

4. Dixitque Joas ad sacerdotes: Omnem pecuniam sanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, et quam sponte et arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini,

5. Accipiant illam sacerdotes juxta ordinem suum, et instaurent sarta lecta domus si quid necessarium viderint instauratione.

6. Igitur usque ad vigesimum tertium annum regis Joas, non instaurationem sacerdotum sarta lecta templi.

7. Vocavitque rex Joas Joiadam pontificem et sacerdotes, dicens eis: Quare sarta lecta non instaurationis templi? Nolite ergo amplius accipere pecuniam juxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam.

8. Prohibitique sunt sacerdotes ultra accipere pecuniam à populo, et instauratione sarta lecta domus.

9. Et tulit Joiada pontifex gazophylacium unum, aperuitque foramen desuper, et posuit illud juxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini; mittebantque in eo sacerdotes qui custodiebant ostia, omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum Domini.

10. Cùmque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis, et pontifex, effundebantque et numerabant pecuniam quæ inveniebatur in domo Domini;

11. Et dabant eam juxta numerum at-

tam ergo, juxta quam erat scutorum illorum armamentarium, deductus est Joas in domum regiam, quam deinceps ut verus dominus habitavit.

CHAPITRE XII.

1. La septième année du règne de Jehu sur Israël, Joas commença de régner, et il régna quarante ans dans Jérusalem. Sa mère s'appela Sébia, et elle était de Bersabée.

2. Il fit ce qui était juste devant le Seigneur tout le temps qu'il fut instruit par le pontife Joiada;

3. Cependant il n'abolit pas les hauts lieux: le peuple y sacrifiait encore et y offrait de l'encens.

4. Alors Joas dit aux prêtres: Tout l'argent consacré qui sera apporté dans le temple du Seigneur par ceux qui passent, ou qui l'offrent à Dieu pour le prix de leur âme, ou qui font d'eux-mêmes au temple des dons volontaires,

5. Que les prêtres, chacun à son rang; prennent cet argent, et qu'ils en fassent les réparations de la maison du Seigneur, lorsqu'ils verront quelque chose qui ait besoin d'être réparé.

6. Mais les prêtres n'avaient point fait ces réparations du temple jusqu'à la vingt-troisième année du règne de Joas.

7. Le roi fit donc venir devant lui le pontife Joiada et les prêtres, et leur dit: Pourquoi ne faites-vous point les réparations du temple? N'en recevez donc plus l'argent, selon l'ordre de votre ministère; mais rendez ce que vous avez reçu pour les réparations du temple.

8. Et il fut défendu aux prêtres de recevoir à l'avenir l'argent du peuple et de réparer la maison du Seigneur.

9. Alors le pontife Joiada prit un coffre, et y fit une ouverture par-dessus, et le plaça auprès de l'autel, à la droite de ceux qui entraient dans la maison du Seigneur; et les prêtres qui gardaient les portes y mettaient tout l'argent qu'on apportait au temple du Seigneur.

10. Lorsqu'ils voyaient qu'il y avait trop d'argent dans le tronc, le secrétaire du roi venait avec le pontife, et ils en tiraient et comptaient l'argent qui s'était trouvé dans la maison du Seigneur;

11. Et ils le déposaient par compte et par

que mensuram in manu eorum qui præerant cæmentariis domus Domini, qui impendebant eam in fabricis lignorum, et in cæmentariis iis qui operabantur in domo Domini

12. Et sarta tecta faciēbant, et in iis qui cædebant saxa, et ut emerent ligna et lapides qui excidebantur, ita ut impleretur instauratio domus Domini in universis quæ indigebant expensâ ad muniendam domum.

13. Verumtamen non fiebat ex eadem pecuniâ hydrîæ templi Domini, et fuscinulæ et thuribula, et tubæ, et omne vas aureum et argentum, de pecuniâ quæ inferebatur in templum Domini;

14. Iis enim qui faciēbant opus dabatur ut instauraretur templum Domini.

15. Et non fiebat ratio iis hominibus qui accipiebant pecuniam ut distribuèrent eam artificibus, sed in fide tractabant eam.

16. Pecuniam verò pro delicto et pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini, quia sacerdotum erat.

17. Tunc ascendit Hazaël rex Syriæ, et pugnabat contra Geth; cepitque eam, et direxit faciem suam ut ascenderet in Jerusalem.

18. Quamobrem tulit Joas rex Juda omnia sanctificata quæ consecraverant Josaphat et Joram et Ochozias patres ejus, reges Juda, et quæ ipse obtulerat, et universum argentum quod inveniri potuit in thesauris templi Domini et in palatio regis, misitque Hazaël regi Syriæ, et recessit ab Jerusalem.

19. Reliqua autem sermonum Joas, et universa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro Verborum dierum regum Juda?

20. Surrexerunt autem servi ejus, et conjuraverunt inter se, percusseruntque Joas in domo Mello in descensu Sella;

21. Josachar namque filius Semaath et Jozabad filius Somer, servi ejus, percusserunt eum, et mortuus est; et sepelierunt eum cum patribus suis in Civitate David. Regnavitque Amasias filius ejus pro eo.

pois entre les mains des personnes qui avaient soin de ceux qui travaillaient à la fabrique du temple; et cet argent était employé pour les charpentiers et pour les maçons qui faisaient les réparations de la maison du Seigneur,

12. Et pour les tailleurs de pierres, afin qu'on en achetât du bois et des pierres, qu'on faisait poir, et pour toute la dépense de tout ce qui était nécessaire aux réparations et au rétablissement de la maison du Seigneur.

13. Cependant on ne faisait point, avec cet argent qui était apporté au temple du Seigneur, les vaisseaux du temple du Seigneur, les fourchettes, les encensoirs, les trompettes et tous les vases d'or et d'argent. On ne l'employa à cet usage que lorsque le temple fut entièrement rétabli.

14. Jusque-là on donnait cet argent à ceux qui avaient soin de faire faire les réparations du temple du Seigneur,

15. Et l'on n'en demandait point compte à ceux qui le recevaient pour le distribuer aux ouvriers; mais ils l'employaient avec fidélité.

16. On ne portait point dans le temple du Seigneur l'argent qui était donné pour les fautes et pour les péchés, parce qu'il appartenait aux prêtres.

17. Alors Hazaël, roi de Syrie, vint mettre le siège devant Geth, et il la prit, et tourna son visage pour marcher vers Jérusalem.

18. C'est pourquoi Joas, roi de Juda, prit tout l'argent consacré que les rois de Juda Josaphat, Joram et Ochozias, ses pères, et lui-même avaient offert au temple, et tout ce qui put se trouver d'argent dans les trésors du temple du Seigneur et dans le palais du roi; et il l'envoya à Hazaël, roi de Syrie, qui se retira de Jérusalem.

19. Le reste des actions de Joas et tout ce qu'il a fait est écrit au livre des Annales des rois de Juda.

20. Or, ses officiers se soulevèrent et se ligèrent, et ils le frappèrent dans sa maison de Mello, à la descente de Sella.

21. Josachar, fils de Semaath, et Jozabad, fils de Somer, ses serviteurs, le tuèrent. Et, étant mort, il fut enseveli avec ses pères dans la Ville-de-David. Et Amasias, son fils, régna en sa place.

VERS. 1. — ANNO SEPTIMO JERU. REGNAVIT JOAS, ET QUADRAGINTA ANNIS REGNAVIT IN JERUSALEM: NOMEN MATRIS EJUS SERIA DE BERSABEE. Eodem anno quo mortuus est Ochozias et regnare cepit Jehu in Israël, natus fuit Joas: septennis enim regnare cepit, quo tempore in suo regno septimum annum agebat Jehu. Nomen et patria matris, quæ fuisse dicitur ex Bersabæ, ostendunt hunc Joam non habuisse matrem illam, quæ ex domo Achab nupsit Ochozias, ut habes supra, c. 8, v. 27. Hæc autem non diceretur orta de Bersabæ, quia commendatio hæc vulgaris erat, sed de domo Achab, quæ major erat, et magis propria ac nota commendatio.

VERS. 2. — FECITQUE JOAS RECTUM CORAM DOMINO CUNCTIS DIEBUS QUIBUS DOCUIT EUM JOIADA SACERDOS. Quamdiu vixit Joiada, cui se mandatum tradiderat Joas, à quo accepit publicæ administrationis formam, à cujus præceptis atque observantiâ non recedebat, cum ab illo accepisset quod regnaret, et, propè dixerim, quod spiraret et viveret, fecit quod bonum et religiosum principem decebat. At postquam exactis annis centum et triginta sacerdotiis pariter et vitâ defunctus est Joiada, ut habemus lib. 2 Par. c. 24, v. 16, quorundam principum consiliis, quos Athalia aut donis, aut artificio corruerat, ita corruptus est, ut veram religionem prodiderit, neque minori studio coluerit Baal, quam vel Athalia, vel illi qui primum pestem illam in Israël iniecit induxerunt. Postquam autem, inquit, obiit Joiada, ingressi sunt principes Juda, et adoraverunt regem, qui delinuit obsequiis eorum acceperit eis, et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, servieruntque lucis et sculptilibus. Ex quibus verbis non obscure colligitur non permisisse Joiadam, quamdiu vixit, accedere ad novum regem principes illos, aut alios, quorum non essent probati mores et explorata religio. Quia videbat transverti facile posse pueri disciplinam, et corrumpi mores, quos ipse à teneris annis in infante rege tamdiu tantoque labore formaverat. Qui sublato sene, sublato esse existimarent impedimentum quod ipsos ab aspectu et consuetudine regis morabatur. Accedunt igitur læti, omnia promittunt officiorum obsequia, illecebris capiunt, ad suos denique mores et imaginem fingunt, faciunt denique ex bono principe, et veræ religionis amante, impium, sceleratumque tyrannum, et à patriâ religione ad idolorum

nefaria sacra transfugam, à religioso denique non gentilem solum, sed etiam gentiliæ vesaniæ patronum et vindicem. Vide quid faciunt consiliarii, in quibus consilii et pietatis parum est, qui sibi quàm simillimum principem faciunt, qui quò magis potentia atque auctoritate possint, et minas à legum severitate timent, eò majori indigent freno, cum majores habeant ad omnem improbitatem impulsus.

VERS. 3. — VERUMTAMEN EXCELSA NON ABSTULIT. Cum alia omnia impietatis fomenta ad sacerdotis imperium sustulisset Joas, excelsa tamen non abstulit, quod illi cum aliis penè omnibus regibus commune fuit, de quibus hoc quasi legitimum additur: Verumtamen excelsa non abstulit: sunt autem excelsa loca nefaria religioni consecrata, sive quia illa plerumque sublimia sunt, sive quia altaria supra terram attollunt, quæ idèo vocari poterunt excelsa, et hoc fortasse potius, ut diximus lib. 5, cap. 15, v. 14. Porrò licet pleraque excelsa sive illa altaria fuerint, sive montium fastigia idolorum cultui consecrata, tamen Deo vero à religiosis turbæ licet parùm religiosè sacrificabatur, cum sacrificare non liceret, nisi in designato loco, maxime post excidium templum. Quòd vero sacerdotes soliti essent sacrificare Domino in excelsis, docet illud Josiæ judicium infra, c. 23, v. 9: Non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Jerusalem, sed tantum comedebant asyna. Vide Abul. q. 2. Cur non sustulerit impia illa sacraria, ea videtur esse ratio, quia turbas timebat, quas excitare solet popularis furor, cum id eripitur, ad quod plurimorum animi afficiuntur. Sanè fuisse principes, quorum animis insitus fuerit amor in Baal, neque illos exiguo numero, satis probant principes illi, de quibus proxime, qui cum in vivis desisset esse Joiada, nimis credulum regem ad omnem impietatem perpeperunt.

VERS. 4. — DIXITQUE JOAS AD SACERDOTES: OMNEM PECUNIAM SANCTORUM, QUÆ ILLATA FUERIT IN TEMPLE DOMINI. Cum Athalia regnante, aut etiam cum viverent, et conjux Joram, et filius Ochozias, in quos mulier callida et vehemens plurimum habuit potestatis, religio frigeret, et ipsi etiam principes alienos à patriâ sanctitate animos haberent, facile fuit Athaliæ spoliare templum ab his ornamentis, quæ habuit maxima, et quæ tueri poterant illustrem illam molem, aut convelere, aut debilitare, quantum posset. Quod fecit non

minis avidè quàm avidè voluit simulacra honestare Sidonia. Ita habemus lib. 2 Par. c. 24, v. 7: *Athalia enim impiissima et filius ejus destruxerunt domum Dei, et de universis, quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornauerunt fanum Baalim.*

Antequàm quod sequitur explicare aggrediar, observo in templo varia à variis offerri solita, sed non omnia ad eosdem usus. Quædam à Deo sic offeruntur, ut consumantur in altari, et in fimum abeant, qualia sunt holocausta: quædam in usum cedunt sacerdotum, qualia sunt sacrificia pacifica, et quæ offeruntur pro peccato; quorum pars ad sacerdotes, pars ad alios atque alios pro variâ rerum qualitate pertinet. Alia verò ad templi pertinent multiplices usus, ad vasa nimirum sacri ministerii, ad vestimenta atque ornamenta sacra, ad concinnanda atque instauranda, quæ usu detrita, aut tempore ruinosâ quæ collapsa sunt; qualia sunt quæ nunc pro sartis tectis à lege destinantur, de quibus hic sermo.

Hæc porrò pecunia ab illis exigebatur, qui vigesimum annum explevisset, quique arma tractare poterant, de quibus Exod. 50, v. 12: *Quando tueris summam filiorum Israel juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, et non erit plaga in eis, cùm fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis, qui transit ad nomen dimidium sicti juxta mensuram templi.* Et statim v. 16: *Suscipientque pecuniam, quæ collata est à filiis Israel, trades in usus tabernaculi testimonii.* Hi verò qui vigesimum annum prætergressi sunt, dicuntur in loco proximè citato ex Exod. transisse ad nomen, id est, pervenisse ad illam ætatem, in quâ censeri possent, et in illorum numerum et ordinem referri, qui ad militiam judicantur idonei, hoc autem loco prætereuntes, quia jam præterierunt, id est, excesserunt ex illâ ætate quæ ad bellicum pondus censebatur infirma. Quia verò singulis annis in quolibet civitate multi sunt, qui vigesimum compleunt annum, obire solent questores templi, sive exactores pecuniæ sacræ civitates, ut pecuniam templo debitam, ex capitibus singulis in sacrum ætarium conferant. Porrò hoc tributum singulis annis templo solvere dependi, docet Josephus lib. 7 de Bello c. 26, ubi sic de Vespasiano post subactam Judæam: *Stipendium verò è ubicunque degerent, Judæis indixit, binasque drachmas singulis annis deferre in Capitolium jussit, ita ut antehæc Jerosolymorum*

(templo pendebant.) Duæ autem drachmæ idem valent quod dimidium sicti, quod Israelitæ cùm excessissent ab anno vigesimo, templo solvebant.

QUE OFFERTUR PRO PRETIO ANIMÆ. Duplex esse potest hujus loci sententia. Altera est hoc legitimo et annuo tributo profiteri hominem, cùm ætati accessit juvenile robur, quidquid habet, id totum se debere Deo, et eâ professione se totum Deo mancipio dat. Deinde verò se dimidio redimit sictio, quem dat pro animâ suâ, id est, pro seipso. Notum est enim alicujus animam pro illo sumi, cujus est anima; quomodo dicere etiam potuisset, *pro suo capite*, quia etiam caput pro eo sumitur, cujus est caput. Sicut primogenitus debetur Deo, quia Deus Ægyptiorum occidit primogenitum. Ille tamen postquam oblati est Deo, pretio redimitur; sic etiam viri Israelitæ, cùm ex quo annum implevere vigesimum, Deo sunt oblati, vel ab ipsâ lege, vel à consuetudine, oblati pretio, nempe didrachma, aut semisiclo se sibi vendicant atque restitunt, atque idè ille semisiclus pretium dicitur animæ, quia seipsum illo pretio redimit, qui à seipso prius libertatem abdicarat.

Alius sensus est, illud pretium animæ idè vocari, quia idè penditur, ut Dominus vitam largiatur incolumem et longam, et ab omni servet valetudinis incommodo. Et idè additur Exod. 50: *Ut non erit plaga in eis cùm fuerint recensiti*, et hanc rationem assignavimus lib. 2 Regum, c. 24, cur numeratus populus tam gravi plagâ percussus fuerit, quia videlicet constitutum à lege dimidium sictum non exsolvit, quod tenet Abulensis in Exod. c. 3, q. 9. Hæc porrò numeratio, seu census populi, et pro animarum pretio legitima solutio, tunc fieri poterat, ut nonnulli putant, quando bellum ingrueret, ut bellatorum numerus notus esset regi, aut quando necessitas occurreret publica, qualis esset aut instauratio templi, aut urbium munitio, aut quidvis aliud quod communibus commodis serviret. De bello constat lib. 2 Par. c. 25, ubi Amasias numerasse dicitur populum, ut contra Idumæos exercitum conscriberet. Sed sanè, ut vidēs, hic nihil de bello, aut re profanâ agitur, sed de tabernaculo aut templo; unde Philo hanc pecuniam sacram appellat. Vide quæ nos de hæc re pluribus ad c. 24, lib. 2 Regum. Quia verò graves erant templi, quotidianique sumptus, sæpè etiam haberi poterat populi census, et ex eo sacra colligi pecunia. Fieri verò

ad extrema Israeliticæ reipublicæ tempora singulis annis probat illud Vespasiani decretum, de quo supra: sub hæc verò tempora, in quibus nostra versatur commentatio, fieri potuisse, satis ostendit hoc regum edictum, de quo lib. 2 Par. c. 24, v. 5: *Congregavit (Joas) sacerdotes et Levitas, et dixit eis: Egre dimini ad civitates Juda, et colligite de universo Israel pecuniam ad sarta tecta templi Dei vestri per singulos annos.* Quòd verò id neque factum fuerit, fierique debuerit ante hoc tempus, illud satis indicat, quia neque hoc anno fieret, nisi id cautum esset, et præceptum à rege. Neque populus dimidium illum sictum contulisset ad templum, nisi speciali quodam edicto foret admonitus, ut constitutam à Moyse pecuniam, capite nimirum sexto Exodi, ad templum deferret. Sic legimus lib. Par. 5, v. 9: *Et prædicatum est in Juda et in Jerusalem, ut deferrent singuli pretium Domino, quod constituit Moyses.* Quòd autem sacerdotes et Levite, quibus commissa fuerat non solum templi custodia, sed etiam instauratio, pecuniam illam multis ante diebus non collegerint, ea videtur esse ratio, quia aut non videbant ante Athalia regnum quid instaurari posset in templo, et cùm regnavit Athalia, quæ templum, quoad potuit, spoliavit et everit, non audebant instaurare et reficere quæ illa tam impiè et violenter deformarat.

ET QUAM SPONTE ET ARBITRIO SUO INFERUNT IN TEMPLEM DOMINI. Ex his constat singulis hominum capitibus, postquam destinatum à lege tempus implerunt, non esse liberum pecuniam omittere à lege constitutam. Nam cùm de aliis donis atque pecuniis agitur, illa dicuntur spontè inferri, et arbitrio cordis illorum, qui illud, quicquid est, ad usus templi sacros dedicant.

VERS. 5. — ACCIPIANT ILLAM SACERDOTES JUXTA ORDINEM SUUM. Cùm varia essent sacerdotum, Levitarumque vices, sive ephemeræ, quæ etiam ordines appellari possunt, ab illis voluit rex colligi tractarique pecuniam, qui juxta seriem et ordinem suum temporibus sibi destinatis sacro vacarent ministerio, ita ut tot essent curatores, dispensatoresque pecuniæ sacræ, quot essent sacerdotum descriptæ vices.

IGITUR USQUE AD VIGESIMUM TERTIUM ANNUM REGIS JOAS, NON INSTAURAVERTUNT SACERDOTES SARTA TECTA TEMPLI. Quo anno Joas sacerdotibus edixerit, ut de reconcinando templo cogitarent, non constat. Illud est certum anno regni Joas

vigesimo tertio, cùm templum male foret ab Athalia direptum, nihil à sacerdotibus fuisse reparatum. Hoc aperte indicat rex ipse Joas, qui cum summo aliquo sacerdote graviter expostulat, quòd totam videantur de instaurando templo curam abjecisse: *Quare, inquit, sarta tecta non instauratis templi?*

NOLITE ERGO AMPLIUS ACCIPERE PECUNIAM. Dupliciter peccabant sacerdotes, et quia non accuratè colligebant pecuniam, quæ in capita illorum qui ad vigesimum usque annum adleverant, consilita fuerat à lege, et quia si quid eo nomine collatum fuit à numerato populo, id non tam ad communes et sacros, quàm ad privatos et profanos usus convertebant. Quare non sine causâ rex ex arbitrio sacerdotum pecuniam removit, quæ cùm jure communis et sacra sit, injuriâ tamen et cupiditate hominum à seipsâ degener profana fit et propria. Quare si quid accipessent à populo, reddi jubet, ut ex eo repararetur, si quid in templo ruinosum est, et ab illâ in posterum curâ liberus esse jubet. (1)

VERS. 9. — ET TOLIT JOAIDA FONTIFEX GAZOPHYLIACIUM UNUM, APERUITQUE FORAMEN DESUPER.

(1) VERS. 6. — IGITUR USQUE AD VIGESIMUM TERTIUM ANNUM REGIS JOAS, NON INSTAURAVERTUNT, etc. Certus annus datæ hujus à rege jussionis de colligendis ad sarta tecta templi pecuniis, ignoratur. Illud constat, sacerdotes mandata semper curasse: *Porrò Levite egere negligentibus.* Inanes in sumptibus erogant, vel forte in usus suos transulerunt pecuniam; vel denique nullâ sollicitudine temerantur de opere urgendo, quod res suas minimum juvatal, quin et proventum suorum portionem non modicam avertelat. Idem rerum status perseveravit biennio, teste Chifonico Hebræorum, usque ad annum regis Josiæ tertium et vigesimum. Altero demum anno princeps novâ lege veluit, ne Levite pecuniam hanc exigèrent, neve sibi de reparatione templi curam aliquam vindicarent; quin et jussit acceptam pecuniam restituere, novæque sancivila, ut opus urgeretur: *Prohibitum est ultra accipere pecuniam.* Hebræus, Chifonius, Septuaginta, Syrus, Arabis: *Consenserunt sacerdotes pro non accipere pecuniam à populo.* Neque tamen exempli sunt, quin exacte pecuniæ rationem redderent, atque in usum templi eam converterent, quam illi usurpant. (Calmet.)

VERS. 7. — QUARE SARTA TECTA NON INSTAURAVERTUNT SACERDOTES? Dupliciter peccabant sacerdotes, primò, quòd negligentibus essent in exigendâ pecuniâ pro censu debita templo, ex lege Exodi 50, v. 12; secundò, quòd eam non in sarta tecta templi, sed in alios ac subinde in privatos et proprios usus expendebant. Quare jure cum eis expostulavit rex Joas, eisque hoc colligendæ et servandæ pecuniæ pro templi fabrica officium abstulit, eosque pecuniam in gazophylacium inferre præcepit v. 9.

Aut imperium regis constitutum est gazophylacium quoddam, quod lib. 2 Paralip. cap. 24, vers. 8, appellatur arca. Illud verò sacerdos Joiada faciendum curavit, eo modo, ut à parte superiori exiguo foramine pateret, per quod introrsus inferrentur didrachmæ, ut pecunia illa tuta esset à latronum manibus, et facile eò demitti posset, vel ab eo qui penderet, vel ab illo, qui assideret gazophylacio. Gazophylaciorum autem duo sunt genera: alterum est eorum quorum in templo magnus est numerus; de quibus Ezechiel c. 4, et de illis nos ibi non pauca, Hebr. *laschah*, quam Vulgatus modò cubiculum, modò exedram, modò gazophylacium, aut pastophorium vocat. Est autem locus amplius in quo templi gazæ varique supellex asservari solet. Alterum vocatur Aron: hoc verò arcam valet, seu thecam aut capsellam, quæ collectas à populo elemosynas excipit, continetque, quam Hispanorum vulgus cippum vocat, quæ angustam supra rimam habet, quæ pecuniam admittit intrò, non effundit foras. Ubi autem gazophylacium istud multùm videbatur habere pecuniæ, regis scriba simul cum pontifice excipiebat illam, numerabatque, et tandem ad artificum, materic et operarum sumptus impendebatur. (1)

VERS. 15. — VERITATEM NON FIERANT EX EADEM PECUNIA HYDRÆ (2) TEMPLI, etc. Hæc pecunia ad sarta tecta templi, id est, ad instauranda quæ concusserat hominum violentia.

VERS. 8. — PROHIBITIQUE SUNT SACERDOTES, non invitati, sed volentes et consentientes. Unde pro. *prohibiti sunt*, Hebr. est, *tectu*, id est, *consenserunt*; voluerunt, annuerunt. Chald. *contenti fuerant*; quia, ut ait Josephus, solvendi multos è populo esse difficiles ad solvendum censum, ac neminem libenter argentum erogare. (Corn. à Lap.)

(1) VERS. 10. — EFFUNDERANT ET NUMERABANT PECUNIAM. Hebræus: *Ligabant et numerabant pecuniam*. Argentum suum in virgas reductum solvebat populus; collectisque è virgulis illis fasciculi, ad pondus operum curatoribus dabatur. Agebantur hæc omnia coram scribâ regis et sacerdote pro pontificum destino. (Calmet.)

VERS. 11. — DABANT EAM JEXTA NUMERUM ATQUE MENSURAM, IN MANU EORUM, QUI PRÆERANT. Hebræus: *Dabant pecuniam paratam super manus prepositorum officibus*. Vel ex aliis: *Dabant pecuniam numeratam, obsegnatam, descripto pondere et astimatione*. Syriacus et Arabs: *Dabant pecuniam colligatam, obvolutam*. Porro pecuniam hanc ab ipso rege et summo sacerdote distributam fuisse, ex Paralipomenis discimus. (Calmet.)

(2) HYDRÆ. Hebræus: *Scyphi*, vel lances, ex argento.

FUSCINULÆ. Sunt qui reddant vocem originalem, *בזכרות*, *caltro*. Sed plerique expo-

aut ætas consumpserat, aut labefactarat, conferebatur. Hispanus dicere, *la fabrica y reparos del templo*. Non verò ex his fiebat varia et multiplex templi supellex, quales sunt hydræ, lites, thuribula, tubæ, et alia ejusmodi ex metallo conflata, nisi fortè quando instauracione perfectâ aliquid erat reliquum collatiæ pecuniæ, quod in supellectilem templi converti posset. Quod hoc tempore factum est; nam, ut legitur lib. 2 Paralip. c. 24, v. 14: *Cumque complerent omnia opera, detulerunt (nempe sacri araril custodes) coram rege et Joiadâ reliquam partem pecuniæ, de quâ facta sunt vasa templi in ministerium, et ad holocausta: phialæ quoque, et cætera vasa aurea et argentea*. Quòd verò ad sarta tecta seu reparacionem templi pertineret, explicatur ibid. v. 15: *Egeruntque hi qui operabantur industriâ, et obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac suscitaverunt domum Domini in statum pristinum, et firmavit eam stare securum*.

VERS. 15. — ET NON FIERAT RATIO HIS HOMINIBUS, QUI ACQUIEBANT PECUNIAM, ET DISTRIBUERENT EAM ARTIFICIBUS, SED IN FIDE TRACTABANT EAM. Elegerant, ut apparet, rex et sacerdos exploratæ fidei homines, quibus tutò sacram illam pecuniam crederent, qui ad reddendam illius rationem non adigebantur. Et quidem ad fraudandam pecuniam tot sunt artificia, tot fuci, ut nemo queat hos honorarios fures furti convincere. Multò igitur satius est fideles et bonos rei pecuniariæ et operi faciendæ præficere, quàm industrios, et malos ad severum examen et calculo vocare.

VERS. 16. — PECUNIAM VERO PRO DELICTO, ET PECUNIAM PRO PECCATIS NON INFEREBANT IN TEMPULUM DOMINI, QUIA SACERDOTUM ERAT. Quid sit peccatum, et quid delictum, disputant scholastici doctores. Nihi in præsentia est satis quod August. docet quest. 20 in Levit.: «For-tasse, inquit, peccatum est perpetrari mali, delictum autem desertio boni. Et paulò post: «Aliud est declinare à bono, aliud «facere malum, et illud delictum, hoc peccatum sit. Nam et ipsum peccatum quod «aliud sonat delictum, nisi delictum?» Tam verò sacrificium pro delicto quàm pro peccato ad sacerdotem pertinere satis est

nunt de musicis instrumentis, veluti de sistris, alisque, qui ex argento vel ære parabantur. Septuaginta reddunt *δραχ*, elavos.

THURIBULA. Hebræus: *תורבול*, *elavim*, *patere*; ad litteram, vasa pro libationibus sanguinis vel liquorum in altari vel ad basin altaris. (Calmet.)

notum. De sacrificio pro peccato dicitur Levit. 6, v. 26: *Sacerdos, qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi*. Et statim: *Omnis masculus de genere sacerdotali vescatur de carnis ejus*. De hostiâ pro delicto Lev. 7, v. 6: *Omnis masculus de sacerdotali genere in loco sancto vescetur his carnis*. Et statim: *Sicut pro peccato offertur hostia, ita et pro delicto; utriusque hostiæ lex una erit; ad sacerdotem, qui eam obtulit, pertinebit*.

Sed quæret hic aliquis, undenam ex Scripturâ constet pro peccato aut delicto offerri debuisse aut potuisse pecuniam. Abulensis, quest. 13, postquàm sententias alias refutasset, ait, de peccato offerri potuisse sacerdoti pecuniam, si contra ipsum sacerdotem aliquid esset admissum, ut si abstulisset quis quod de victimis ad sacerdotem pertineret; tunc enim præter illatum damnum et victimam pro illo peccato, quântam etiã partem insuper in pecuniâ debuit offerre sacerdoti, Levit. 5, vers. 13: *Anima si prævaricans ceremonias perceret in his, quæ Domino sunt sanctificata, peccaverit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis, juxta pondus sanctuaris, ipsamque quod intulit damnum restituet, et quântam partem ponet supra, tradens sacerdoti*. De delicto verò ait, deberi sacerdoti quântam partem damni illati, quod imprudens aliquis admisit, cum rei ablatæ aut læsæ dominus ignoratur. Numer. cap. 5, vers. 6: *Qui per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum, et reddent ipsum caput, quântamque partem desuper, ei in quem peccaverint. Sin autem non fuerit, qui recipiat, dabunt Domino, et erunt sacerdotis*.

Placet quidem Abulensis sententia; addam tamen ego aliquid, ut opinor, non abs re; sed primùm observo probabile videri non semper ab his, qui expiari volunt à peccato, seu delicto, offerri ad templum victimas, sed nonnunc quàm, idque non infrequenter, præberi pecunias quibus à sacerdotibus emanant, juxta legis præscriptum. Qui verò nobiles sunt, aut locupletes, non ita parèe numerant pecunias, ut non addant aliquid, imò et sæpè multùm, supra legitimum pretium. Illud verò quicquid est, ad sacerdotum spectat usus, quia ad victimam confertur pro peccato, quæ tota pertinet ad sacerdotem. Quòd autem pro victimis alligando offerantur pecuniæ, quod omninò perinde est, docent aliquorum exempla, qui cum victimas commodè non possent, pro

victimis pecunias obtulerunt. Sic qui apud Babylonios tenebantur, ut habes Baruch c. 4, v. 6: *Collegerunt pecuniam secundam quod potuit uniuscujusque manus, et miserant in Jerusalem ad Joachim filium Halcie, filii Salom sacerdotem, et ad sacerdotes, etc. Et dixerunt: Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emitte holocaustomata, et thus, et facite manna, et offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri*. Ad sacrificia porrò sæpè pecunias obtulere gentiles, neque repulère sacerdotes. De Dario liquet lib. 4, c. 6, ubi quæ ad sumptus tam templi quàm altaris necessaria sunt, de regio fisco præstari jussit. Idem Artaxerxes cap. 7, et Machabæorum tempore Seleucus Asiæ rex, ut habes 2 Machab. c. 5. Si hoc ita est, non exigua pecunia ex sacrificiis pro peccato atque delicto, ad sacerdotum usum pervenire potuit.

VERS. 17. — TENG ASCENDIT HAZAEL REX SYRIÆ, ET PUGNABAT CONTRA GETH (1). EXTREMA pars capituli catastrophen continet miserandam Joas, qui regnum prius religiosè et feliciter obtinuit, infelici atque impio exitu terminavit. Quænam fuerit causa, jam supra adduximus, et nonnihil etiã statim adducemus, quia ubi Joiada in vivis esse desit, qui juvenilem levitatem, et immoderatos impetus sui auctoritate compresserat, statim se in omnem impietatem et vesaniam projecit. Quare Deus ulcisci voluit, tum privatam regis, tum communem populi intemperantiam, deformato regno, quod nuper instaurari coeperat, et sublata vitâ, quæ nuper quondam pius, nunc verò idololatra multiplici

(1) Hæc urbs, quæ olim David Philisthæis eripuerat, ad id usque sub jugo familiæ Davidicæ manserat. Hazaël, ignotum quâ de causâ, obsessurus illum veniens, vi cepit. Gesta sunt hæc post obitum Joiadæ, cum rex, solitaria pii sacerdotis monita jam oblitus, frena dedisset licentiæ, ad eò ut ne alienum quidem à se judicaret idololatriam, ejuis et cultum publicum permisit populo, ac lapidibus conficiendum tradidit Zachariam summum sacerdotem, liberatoris sui filium. Causa hæc fuit malorum omnium, tum in se, tum in republicâ, de quibus in fine hujus capituli. Venit igitur Hazaël rex Syriæ obsessurus Geth; quâ captâ, copiis adversis Hierosolymam duxit. Malum illud avertit à se Joas, solutus regi tum suis, tum sacri araril thesauris. Verum proximè sequenti anno Hazaël iterum ad arma; commissoque prælio Joas excedit victus, infinito propenodum suorum numero caso, interfectis optimatibus omnibus Juda, ipso rege matè à Syris excepto ac vulnerato, vastatâque ab hostibus regione, Joas rediit Hierosolymam, ubi à conjuratis neci traditus est. Eò malorum miserum illum principem ultrix Dei manne adduxit. (Calmet.)

peccatorum genere corruerat. Inmisit enim Hazelem Syriæ regem, quem paulo ante per prophetam regno unctione destinârat. Qui cum alias regiones continenti victoriarum cursu, suo subjugaret imperio, tandem victrices copias movit in Jerusalem, quam eò adduxit, ut rex de salute et libertate desperans quò hostem summovertet, et quoad posset periculum redimeret, spoliârit templum domumque regiam divitiis atque ornamentiis omnibus, que hostis discedens, Damascum usque tra-duxit. (4)

VERS. 19. — RELIQUA AUTEM SERMONUM JOAS, ET UNIVERSA QUE FEGIT, NONNE HEC SCRIPTA SUNT IN LIBRO VERBORUM DIERUM? etc. Horum

(1) VERS. 18. — OMNIA SANCTIFICATA, QUE CONSECRAVERTANT JOSAPHAT, ET JORAM, ET OCHOZIAS. Quomodo ista cohæreant cum secundo Paralipom. 24, 7, ferente, Athaliam ejusque filios, Ochoziam scilicet et fratres ejus, ever-tisse templum Domini, et quidquid in illo invenire sacrorum munera, in ornamentum templi Baalis transulisse? Quod pariter de religione sollicitum, neque ad oblationes, atque ad munera in templum cumulanda par-tum. Responderi tamen potest, Joramum et Ochoziam, impios licet ac profanis superstitionibus additos, politici tamen rationibus, vel inani quodam gloriolæ amore, vel brevis pietatis atque timoris judiciorum Dei motu induc-tos, munera quædam templo Domini contulisse, cum interim simul domum Dei opibus spoliarent, quas et lidellum et regum præde-cessorum pietas consecraverat. Nihil hæc im-pletate frequentius. Quam multi templum spo-liant, ut alterum ornent! Quam multi diripiunt pauperes, dum magnifici operis altaria patri pauperum erigunt! (Calmet.)

Ab hoc exemplo colligi ait Cajetanus, quòd pecunia et thesauri Ecclesiarum licite impenduntur pro redimenda vexatione populi (qualis erat hic obsidio Jerusalem), simul tamen cum toto thesauro regio. Iniquum enim esset inchoare lytrum ab expiatione Ecclesiarum, sed ubi publicus regiusque thesaurus non sufficit, Ecclesiarum opes subvenire et sup-pleri debent. Hæc Cajetanus. Audi S. Am-bros. lib. 2 Olic. c. 28, tres casus recensentem. In quibus licet vasa sacra in laicos usus converterent. « Sanè si quis in sua derivat et emolumenta, crimen est; sin verò pauperibus erogat, captivum redimit, misericordia est. Nemo enim potest dicere: Cur pauper vivit? Nemo potest queri quia captivi re-empti sunt; nemo potest accusare, quia et templum Dei edificatum est; nemo potest indignari quia humanis fidelium reliquiis et spatia laxata sunt; nemo potest dolere, quia et in sepulchris Christianorum requies defun-ctorum est. In his tribus generibus vasa et Ecclesie etiam iniuncta confringere, confare, et vendere licet. » Quæ S. Ambros. verba tran-scripta sunt in jus canonicum, extantque 12, quæst. 2, cap. Aurum, § Nemo potest. (Corn. à Lap.)

reliqua habemus in lib. 2 Paralip. cap. 24, quæ hic afferri non erit abs re. Primum post Joiadæ mortem, quem suorum morum formatorem habuit, sic mutatum regis ingenium, ut nun-quàm tinctus videretur honestis disciplinis. Quare coluit idola, quorum ante everterat aras, et sacraria destruxerat, neque audivit propheta-rum monita, cum tamen in illius auribus assiduè personarent. Præbuerat enim faciles aures et obsequentem animum illorum blandi-mentiis, qui cum assentatoriis et pellacibus verbis venenum instillabant, et quia illa magis ardebant sententiæ naturæ, in ea sui ipsius irridere, præceptis ferebatur. Addunt Hebræi in Seder Olam, eò regem progressum amentie, ut se pro Deo adorari voluerit, quod ex eo sibi persuadent, quia principes dicuntur ado-rasse regem. Sed sanè verbi, *adere*, latius patet signficatio, et David rex, qui ab illa insanità procul aberat, non semel dicitur adoratus.

Cum autem Zacharias filius Joiadæ, qui pro defuncto patre summum jam sacerdotium inie-rat, Spiritu afflatus divino tam regem quàm principes impietatis argueret, moneretque ut tandem saperent, et ad patriam religionem reverterentur, sic in illum efferat sunt, ut, non solum conivente, sed etiam jubente rege, in loco maxime sacro in atrio domus Domini, hoc est, in atrio sacerdotali, lapidibus oppres-serint. Neque puduit regem illum filium virum innocentem, neque tum de rege ipso malè, atque de republicâ meritum, atrociter extin-guere, à cuius patre haberetur, non solum ut regnaret, sed etiam ut viveret; cum autem circumstarent armatæ lapidibus manus, qui morti proximus diviniâ imploravit fidem et auxilium, et suæ mortis ultionem Domino commendavit.

Quarunt hic aliqui an iste Zacharias ille sit de quo Christus apud Matthæum cap. 23, qui occisus dicitur inter templum et altare. Quidam hunc Zachariam filium Joiadæ esse putant, quorum princeps est Hieronymus, quem è Latinis plurimi sequuntur, S. Thomas, Albertus, Major, Abulensis, Gagneus, Jansenius, Salmeron, Maldonatus, Berradus. Alii patrem Joannis Baptistæ, et in his sunt ex Græcis Patribus quamplurimi, Origenes, Basi-lius, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandri-nus, Epiphanius, Theophylactus; et è recen-tioribus Baronius et Toletus. Alii cum esse statuunt, qui in minorum prophetarum numero undecimus numeratur: ita Chrysostomus, ho-mil. de Joanne Baptistâ, tom. 2; Tertullian.

in Scorpiaco, cap. 8; Theophylactus in Matth.; Ribera, Montanus, Vatablus, Stonica, Glossa. Quæ sententiæ mihi omninò placuit in Com-men-tariis super Zachariam, in principio, ubi de hæc questione pluribus. Rationes verò, quæ hæc sententiâ confirmant, gravissimæ sunt: nam apud Matthæum c. 23, et apud Luc. c. 11, de illo Zachariâ videtur esse sermo, qui ultimus est prophetarum omnium, quando primi hominum meminit, qui suâ morte pro-pheta-vit: *A sanguine, inquit, Abel justî, usque ad sanguinem Zachariæ*. Loquebatur autem de eo, qui notus erat Judæis illius temporis. Alii verò Zachariæ neque numerabatur in pro-phetis, neque ita vocabatur, licet propheta fuerint, saltem ille qui filium Joannem suscep-it: inter illum autem Zachariam, de quo hoc loco, et Christi tempus, alii multi fuerunt prophetae, qui occisi sunt, ut Amos, Isaias, Jeremias, Deiiidæ, quia quasi propria illius pro-phetae nota ponitur à Christo pater Barachias, quæ nota in principio prophetae legitur. Quòd si alii Zachariæ patrem habuissent, qui Barachias vocaretur, ut nonnulli putant, non satis aptè parentis nomen esset additum à Christo, cum nominis communis potius confunderet quàm distingueret personas. Rationes quæ alios in alias sententiâ impulerunt, quàm potuit accuratè dissolvimus: qui volet, petat ex nostris in Zachariam Commentariis: neque enim hæc omnia iterare libet, neque opus est.

Addit delinde in eodem libro Paral. cap. 21, v. 21, uno anno exacto, ex quo Zacharias lapidatione sublatus est, venisse exercitum Syriæ, et ab illo populi principes occisos, et ingentem prædam Damascum usque fuisse perlatam; et cum exiguis esset Syrorum exercitus, ab illo tamen infinitam multitudinem fuisse concisam. Qui ubi oneratus exuviis in patriam rediit, reliquit Joas in lecto, ex gravi morbo decumbentem.

VERS. 20. — SURREXERUNT AUTEM SERVI EJUS, ET CONTRAVERTERUNT INTER SE, PERCUSSEUNTQUE JOAS IN DOMO MELLO (1). Hos conjuratos ait Jo-

(1) Mello ædes erant regie à Salomone con-ditæ in areæ, ex ægestâ humo formatâ inter veterem urbem Hierosolymam et civitatem Davidis. Sella via erat facilis, vel agger humil-is domus Mello. Scimus eain ex Paralipomenis, Joas in lecto agonizantem neci traditum fuisse: *Occiderunt eum in lectulo suo, et mortuus est*. Sunt qui nomina illa, *Beth-Mello, domus Mello, et Sella*, pro urbibus accipiant. Sed præstat Sella exponere de viâ, seu aggeri, quem strosi jussit Salomon, ut ex ædibus suis in templum ascenderet; atque ita textum reddere:

seplus lib. 9, c. 9, amicos fuisse Zachariæ, quem rex ingratus et impius occidit jussit. Sanè occisum fuisse regem in ultionem injustæ Zachariæ necis, ipse docet textus lib. 2 Paral. c. 14, v. 25: *Surrexerunt autem contra eum servi sui in ultionem sanguinis filii Joiadæ*. Dixerat jam moriturus Zacharias: *Videat Dominus, et requirat*, à quo instinctus Zacharias scelus objecit, et gravis minatus est regi regni que principibus, et requisivit sanguinem impiè crudeliterque profusum. Nam evoluto anno invexit Syrus copias, non quidem apparatu ac

Perusserunt eum in domo Mello, sitâ infra ascen-sum, ad templum ferentem. (Calmet.)

L'Écriture ne pouvant guère nous tracer une peinture plus vive du malheur d'un prince qui, ayant perdu l'appui de sa piété en la personne du grand-prêtre Joiadæ, se trouva misérablement exposé aux fureurs meurtrières, non pas tant des hommes, que du démon même, dont ils n'étaient que les organes. Car cet esprit imposteur, qui dès le commencement du monde emprunta la voix du serpent pour donner à l'homme une vaine complaisance en sa grandeur, se servit alors des adorations de quelques flatteurs impies, pour faire oublier à un roi si pieux ce qu'il devait par lui-même, et ce qu'il devait à la majesté infinie du Dieu qui avait remis si miraculeusement la couronne de ses ancêtres sur sa tête, par le ministère du grand-prêtre; et ainsi s'abandonnant à l'impie-té de ces flatteurs, qui ne travaillaient à lui complaire que pour le perdre, il s'attira les plus grands fléaux de la justice irritée de celui dont il aurait dû plutôt adorer toute sa vie l'infinie miséricorde. Saint Augustin, qui, depuis saint Paul, a été peut-être l'un de tous les Pères qui a connu davantage le profond respect que l'on doit aux princes, et qui l'a commandé d'une manière plus angustè à tous les Chrétiens, nous donne en peu de paroles une idée très-vive de l'état funeste où fut engagé Joas, par l'opposition de l'état contraire où sont les princes vraiment chrétiens. « Nous les appelons heureux, dit ce Père, lorsqu'ils règnent justement; lorsqu'au milieu des éloges excessifs de ceux qui relèvent leur grandeur, et des respects par lesquels ils s'abaissent si profondément devant leurs personnes, ils ne s'en élèvent point, mais se souviennent qu'ils sont hommes; lorsqu'ils font servir leur puissance pour relever la majesté, et pour accroître le culte de Dieu; et lorsqu'ils le craignent, qu'ils l'aiment, et qu'ils le servent, et lorsqu'ils sont plus touchés de l'amour de ce royaume à venir qu'ils n'auront plus de crainte d'avoir plusieurs compagnons, que de celui qu'ils possèdent sur la terre. Felices eos dicimus; si juxto imperant; si inter linguas sublimiter hono-rantium; et obsequia nimis humiliter salu-tantium, non se extollunt, sed se homines esse meminerunt; si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatant; majestati ejus et famulam faciunt; si Deum timeant, diligant; et colant; si plus amant illud regnum ubi non timent habere consortes. » (Sacy.)

numero timendas, sed quas armavit Dominus, illarumque fortitudinem et audaciam indidit, ut infansitum profligari multitudine, et regni principes, quorum consilio oppressus fuerat Zacharias, ferro confecerent. Cum autem regi templique thesauris vitam suam à Syris redemisset Joas, non tamen diu illius usura concessa est; nam à servis in lecto, in quo decumbebat ægrotus, interfectus fuit. Quem admodum Mello propè templum esset, et in illo regiam domum edificaverit Salomon, diximus lib. 5 Reg. c. 11, v. 27, neque aliquid apparet, quod superioribus adjiciam. (1)

(1) VRS. 21. — JOSACHAR FILIUS SEMAATHI, ET JOZABAD FILIUS SOWER, SERVI EJUS. HI APPELLANTUR CAPUT XIII.

1. Anno vigesimo tertio Joas filii Ochozias, regis Juda, regnavit Joachaz filius Jehu super Israel in Samaria, decem et septem annis.

2. Et fecit malum coram Domino, secutusque est peccata Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, et non declinavit ab eis.

3. Iratusque est furor Domini contra Israel, et tradidit eos in manu Hazael, regis Syriæ, et in manu Benadad, filii Hazael, cunctis diebus.

4. Deprecatus est autem Joachaz faciem Domini, et audivit eum Dominus; vidit enim angustiam Israel, quia attriverat eos rex Syriæ.

5. Et dedit Dominus salvatorem Israel, et liberatus est de manu regis Syriæ; habitaveruntque filii Israel in tabernaculis suis sicut heri et nudistertius.

6. Verumtamen non recesserunt à peccatis domus Jeroboam, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulaverunt; siquidem et lucus permansit in Samaria.

7. Et non sunt derelicti Joachaz de populo nisi quinquaginta equites, et decem currus, et decem millia peditum; interfecerat enim eos rex Syriæ, et redegerat quasi pulverem in triturâ arcæ.

8. Reliqua autem sermonum Joachaz, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

9. Dormivitque Joachaz cum patribus

tur in Paralipomenis Zabab filius Semaath mulieris Ammonitidis, et Jozabad filius Semaath Moabitis. Adscribuntur hic tantum nomina matrum, quæ ambe feminæ erant alienæ.

SEPELIENTUR EUM CUM PATRIBUS SEIS; non tamen in sepulcro regum. Sepultura tradidit est tantum in civitate Davidis. Suppetunt alia quædam exempla persimilis sepulture, regibus Juda decreta, ut Achaz. Juris genus erat quoddam, vel licentiæ, quam sibi populus in principes post eorum mortem servaverat, ut privaret illos avitæ sepulture honore; quod probrosissimum erat, si quid aliud maxime, ut scilicet ejus ponnæ metus principes contineret in officio, ne suprêmâ auctoritate abuterentur. Apud Ægyptios fas erat principem post ejus mortem accusare; qui si reus criminis convinceretur, pro delicti gravitate, honore etiâ sepulture privabatur. (Galmet.)

CHAPITRE XIII.

1. La vingt-troisième année du règne de Joas, fils d'Ochozias, roi de Juda, Joachaz, fils de Jehu, commença de régner. Il régna sur Israël dans Samarie pendant dix-sept ans.

2. Il fit le mal devant le Seigneur, et suivit les péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël; et il ne s'en éloigna point.

3. Alors la fureur du Seigneur s'alluma contre les enfans d'Israël, et il les livra pendant tout ce temps-là entre les mains d'Hazael, roi de Syrie, et entre les mains de Bénadad, fils d'Hazael.

4. Mais Joachaz implora la face du Seigneur; et le Seigneur l'écouta, parce qu'il vit l'angoisse d'Israël et l'extrémité où le roi de Syrie les avait réduits.

5. Le Seigneur donna un sauveur à Israël, et il fut délivré de la main du roi de Syrie; et les enfans d'Israël demeurèrent en paix dans leurs tentes comme auparavant.

6. Néanmoins ils ne se retirèrent point des péchés de la maison de Jeroboam, qui avait fait pécher Israël, mais ils continuèrent d'y marcher, et le bois consacré aux idoles demeura toujours en Samarie.

7. Il n'étoit resté à Joachaz de tout son peuple que cinquante cavaliers, dix chariots et dix mille hommes de pied; car le roi de Syrie les avait taillés en pièces, et les avait réduits comme la poudre de l'air où l'on bat le grain.

8. Le reste des actions de Joachaz et tout ce qu'il a fait, et son courage dans les combats, sont écrits au livre des Annales des rois d'Israël.

9. Et Joachaz s'endormit avec ses pères, et

suis, et sepelierunt eum in Samaria. Regnavitque Joas filius ejus pro eo.

10. Anno trigesimo septimo Joas, regis Juda, regnavit Joas filius Joachaz super Israel in Samaria, sexdecim annis.

11. Et fecit quod malum est in conspectu Domini, non declinavit ab omnibus peccatis Jeroboam filii Nabath, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulavit.

12. Reliqua autem sermonum Joas, et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, quomodò pugnaverit contra Amasiam regem Juda, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel?

13. Et dormivit Joas cum patribus suis. Jeroboam autem sedit super solium ejus. Porrò Joas sepultus est in Samaria cum regibus Israel.

14. Eliseus autem ægrotabat infirmitate quâ et mortuus est: descenditque ad eum Joas rex Israel, et flebat coram eo, dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga ejus!

15. Et ait illi Eliseus: Affer arcum et sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum et sagittas,

16. Dixit ad regem Israel: Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis,

17. Et ait: Aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Eliseus: Jace sagittam. Et jecit. Et ait Eliseus: Sagitta salutis Domini, et sagitta salutis contra Syriam; percutesque Syriam in Aphec, donec consumas eam.

18. Et ait: Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursùm dixit ei: Percute jaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, et stetit,

19. Iratus est vir Dei contra eum, et ait: Si percussisses quinquies aut sexies sive septies, percussisses Syriam usque ad consumptionem; nunc autem tribus vicibus percutes eam.

20. Mortuus est ergo Eliseus, et sepelierunt eum. Latroneum autem de Moab venerunt in terram ipso anno;

21. Quidam autem sepelientes homi-

ni fut enseveli dans Samarie. Joas, son fils, régna en sa place.

10. La trente-septième année du règne de Joas, roi de Juda, Joas, fils de Joachaz, régna sur Israël dans Samarie, pendant seize ans.

11. Il fit le mal devant le Seigneur; il ne se détourna d'aucun de tous les péchés de Jeroboam, fils de Nabath, qui avait fait pécher Israël; mais il y marcha toujours.

12. Le reste des actions de Joas, tout ce qu'il a fait, son courage et la bravoure avec laquelle il combattit contre Amasias, roi de Juda, tout cela est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

13. Et Joas s'endormit avec ses pères. Et Jeroboam, son fils, monta sur le trône, après que Joas eut été enseveli dans Samarie avec les rois d'Israël.

14. Or voici comment Joas fut le sauveur d'Israël: Elisée étoit malade de la maladie dont il mourut. Et Joas, roi d'Israël, descendit vers lui; et il pleura devant lui, en disant: Mon père, mon père, vous le char d'Israël et celui qui le conduisit.

15. Elisée lui dit: Apportez-moi un arc et des flèches. Et le roi d'Israël lui ayant apporté un arc et des flèches,

16. Elisée lui dit: Mettez votre main sur cet arc. Et quand le roi eut mis les mains sur l'arc, Elisée mit ses mains sur celles du roi,

17. Et lui dit: Ouvrez la fenêtre qui regarde l'orient. Le roi l'ayant ouverte, Elisée lui dit: Jetez une flèche. Et, l'ayant jetée, Elisée lui dit: C'est la flèche du salut du Seigneur; c'est la flèche du salut contre la Syrie. Vous taillerez en pièces la Syrie à Aphec, jusqu'à ce que vous l'exterminiez.

18. Il lui dit encore: Prenez des flèches. Le roi en ayant pris, Elisée lui dit: Frappez la terre avec vos flèches. Il la frappa trois fois, et il s'arrêta.

19. Et l'homme de Dieu se fâcha contre lui, et lui dit: Si vous eussiez frappé la terre cinq ou six ou sept fois, vous eussiez battu la Syrie jusqu'à l'exterminer entièrement; mais maintenant vous ne la battrez que trois fois.

20. Elisée mourut donc et fut enseveli. Cette même année il vint des voleurs de Moab sur les terres d'Israël.

21. Et il arriva que quelques-uns, enterrant